

1788.

1. Bochneus, Pet. Acaptes: Specimen inay. medicum
tumoris tunicati interni exemplum quodam membra-
dabile referens.
2. Tirsberg, Joann. Christophorus: De principio successio-
ne gubernativa apud veteres Romanos.
3. Hugo, Gartus: De bonorum possessionibus.
4. Nekelblatt, Daniel: De legato re aliena, quae
est res tertii
5. Snellius, Leonards: De methodo jas. Docaus

1789.

1. Nekelblatt, Dan: De rusticorum jactibus et obligacionibus
singularibus falso vel merito suspectis
2. Nekelblatt, Dan.: De causis jactiae et potestate
patriciarum

3. Smiley, Jo. Salmo: *De legge et Cicerone libello
seccante.*

4. Wallae, Iohann Christoff: *Aufzählyng der Schultterigkeit.
der akademischen Rechtslehrer an den Vorfahrt der alten
Rechtsgelehrsamkeit.*

5. Wallae, J. C.: *De iuris iurant' porto paroigne
usq.*

1790

1. Worpheit, Ioseph Christian: *An legato, cui uoces
volis constitutae collectas, nrodo non impletas,
corruat?*

2. Wallae, Joh. C. Berlin: *De juri iurant' porto
quae servitio criminalis quendam capita summa tractat,
prosequitur esse. Disputationum / universitatem
deponens.*

1791.

1. Worpheit, Ioseph Christian: *An legato, cui uoces
volis/constitutae collectas, nrodo non impletas
corruat?*

1791.

1. Rahn, David : De passione Flinae palatali
2. Rosenthaler, Otto. Fries : De viribus partum efficiientibus
generation et de altera specie ratione substantiae
muscularae et vasorum arteriosorum.
3. Tolburg, Jakobus Gustavus : De variitate hymenii
4. Weitbrecht, Carol. Fries : De conceptione enchy-
lerium

1792.

1. Deuboth, Christ. Fridericus : De granularitate abdominali
2. Wallae, Dr. Christ. : De furibus armatis

1793.

1. Meekel, Phil. Fries. : De hydrocephalo infantis.
2. Paipers, Fornicatus Thysius : Dissertation inaug.
sistens tertii et quarti nervorum cervicalium
descriptions.

1993.

J. Rakh, Christ Henr. Gartdum : De transpira-
tione cutanea, regustib[us] caloris humani
conservacionis inserviente, vero et auct. hygios
functionis fine

SPECIMEN IN AVGVRALE

MEDICVM

TVMORIS TVNICATI

INTERNI

EXEMPLVM QVODDAM

MEMORABILE REFERENS

CONSENSV GRATIOSI ORDINIS

MEDICI

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

D. PHIL. ADOLPHO BOEHMERO

POTENTISSIMO BORVSSORVM REGI

A CONSILIIS INTIMIS

FACVLTATIS MEDICAE SENIORE ET H. T. DECANO

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQUE

IN ARTE MEDICA HONORIBVS

AC PRIVILEGIIS RITE CAPESSENDIS

A. D. XI. IVNII CIC CCLXXXVIII

PVBLINE DEFENDET

IOANNES CHRISTIANVS GEORGIVS

THEVNE

HALLENSIS.

HALLA E,
LITTERIS I. C. HENDELII.



LIBERIS IN LIBRARIA
MAGISTER

MAGISTER IN LIBRARIA
PRAESES IN LIBRARIA

LIBRARIUS IN LIBRARIA

OBSESOR OBSESOR LIBRARIUS

P A T R I
DE SE AC STVDIORVM SVORVM
RATIONE OPTIME MERITO
DN. NICOLAO THEVNE.

MEDICO HALLENSI

E T

PATRVO CARISSIMO
NON MEDIOCREM HVMANITATIS ERGA SE
LAVDEM ADEPTO
D. FRIDERICO HENRICO
THEVNE,

PHARMACOPOLAE LEERENSI

JOANNES CHRISTIANUS GEORGIA
THEVNE

VTRIQVE FORTVNAE SVAE AVCTORI

DE SE AD STUDIOVAN SVORVM

RATIONE OTTIME MINTO

MVNVS HOC, QVALECVMQUE

DN. IOANNES GEORGIVS THEVNE

HEDICO HALLERI

EST,

PATRIO CARISSIMO

NON MEDIO HUMANITATIS REVERA

SACRVM OFFERT

D. LUDGERO HIRICO

THEVNE

NON MEDIO HUMANITATIS REVERA

IOANNES CHRISTIANVS GEORGIVS

THEVNE.



Antiquorum de rationibus ratione
eobam. minima. ratiocinatio
duo sunt. ratione
ratione. ratione. ratione.

PROOEMIVM.

Lecturis ut reddam rationem, cur
hoc potissimum argumentum mihi
pertractandum elegerim, non alienum
esse videtur, ea de re pauca quae-
dam praecipere.

Mi-

Miratus sum saepe, quo fato evenierit medicinae, ut post egregia anatomicorum quorumdam aevi superioris tentamina ab *anatomia*, quam *pathologicam* dicunt, adeo longe recederet aetas nostra*)

Me-

*) Primus et praecipuus, qui post *EVSTACHII*, *VESALII*, *TH. BARTHOLINI* pericula *anatomiae pathologicae* utilitatem ipso rei successu paulo uberioris confirmaret, fuit *FR. RUVSCHIVS*, qui in nobili de *valvulis vasorum lymphaticorum* libello e cadaveribus morbo defunctorum exquisitam observationum syllogen communicavit. Deinde non solum *WEFFERVS*, *ZONETVS*, al. in eo studio cum laude desudarunt, sed elegantissimus glandularum intestinalium inventor *FEYERVIS* in Parergis suis *anatomicis rationem indicavit* ac viam, quam in eo disquisitionis genere tenere debeamus; quea commentatiuncula saluberrima sane monita tradit ad evitandum erroris periculum.

Qua laude demum prolequar *MORGAGNI* immortale opus de *sedibus ac caussis morborum?* cui recentiorum conamina, non dicam, anteferre, sed an possis paria ponere, admodum dubito.

Medicis enim, qui hominum cadavera rimantur, finem duplēm esse propositū, in eo qui serio mihi dissentiat, neminem fore arbitror.

Primum id quidem respiciunt, ut compagē corporis humani eiusque conditionē naturalem, quoque ea tot indefessorum naturae scrutatorum industria huc usque in apri-
cum protracta fuit, oculis subiiciant et sufficientem eius cognitionem acquirant, novas in doctrina corporis humani veritates vel insolitas tamen et minus frequentes partium constructiones detegant, utilissimae huius disciplinae pomoeria sic magis extendant in diem, ac demum, omni-

bus

o eve-
regia
aevi
omia,
adeo

Me-

VESA-
parholo-
s confir-
de val-
veribus
yllogen
s, zo-
nt, sed
inventor
n indi-
here te-
perrima
um.
immor-
recen-
n pos-

bus vel plerisque saltē, quae accidere solent fabricae humanae, varietatibus progressu temporis annotatis, id quod naturae maxime convenit, definiant. Ea quidem Physiologis commoda.

At superest scopus neque in postrem habendus, cui eorum potissimum, qui ex morbis perierunt, anatomie conductit, quod non curiosas solum et stupendas saepe viscerum alterationes ac corruptiones morbis inductas, quae lucem clariorem Paraphysiologiae affundunt, sed ipsum morbosum, quod ars vita durante caeco quasi impetu impugnavit, praeter omnem subinde exspectationem ante

ocu-

oculos ponat. Et hoc genus laboris
ab iis, qui artem faciunt, non minus
quam qui anatomen profitentur, sus-
que deque haberi, est de quo miror
ac doleo, cum in eo potissimum et
unice fere reponendum sentiam, si
quid frugi ex studio anatomico in
praxin medicam redundaverit.

De caussis huius negligentiae si
forte quae siveris, eas vulgi aequa
opinioni ac culpa medicorum tribu-
endas esse, facile intellexeris; vulgi
quidem opinioni, quod cum manda-
tis gentis iudaicae ac muhamedanae
religiosis nullis obstrictum sit, simili-
ter tamen ac illa ab extispiciis mor-
tuorum abhorret; medicis vero qui

b

vel

vel socordia, vel argumentandi ratione, cui pro parte tantum veritas constat, ab anatomiae pathologicae studio averti se sinunt, quantumvis frequenter morbis consumtorum cadavera, et ea etiam frequentius, quam illa violenter occisorum, theatris anatomicis inferantur. Sunt scilicet, qui sapientissimum illud monitum, ne alterationem corporis, post mortem inventam, statim pro causa morbi habeamus, ad leviorem huius generis disquisitionum aestimationem detorqueant, indeque magis erroneam, quam veram lucem in scientiam medicam invectam esse querantur. Naeji aliter sentiant, si quidem de scientiarum augmento magis solliciti sint.

Res

Res enim utcumque se habet, nemo sa-
ne nec diffiteri potest, quacumque post
mortem inventa alteratione corporis,
quamuis non faciat morbum, sed
morbo inducta sit, scientiam aegri-
tudinum naturalem, hoc est dicere,
philosophiam medicorum speculati-
vam mirifice augei, nec quispiam
desperare, si quando posteritas plura
aegritudinum post mortem detecta-
rum exempla in unum collegerit, for-
tassis etiam futurum, ut aegritudinem
internam abstrusam, a pristinis me-
dicis haud dignoscendam, certis at-
que indubii signis agnoscat et, **quae**
recta est ad sanandum, viam tempe-
stive ingrediatur.

Se-

Semper igitur in votis manebit,
ut medici occasionem secandi, quo-
tiescumque data fuerit, nullam pree-
termittant, et quaecumque depre-
henderint in quocumque mortis aut
aegritudinis genere non naturalia,
ea assidue tradant scientiae medicae
annualibus. Neque latere nunc pos-
sunt rationes, quae me ad viam simi-
leim compulerunt; quam an feliciter
emensus sim, penes lectorem erit iu-
dicare.



HISTORIA MORBI
A PATRE, QVEM PIE VENEROR,
DN. NICOLAO THEVNE,
EXPERIENTISSIMO MEDICINAE DOCTORE
ET PRACTICO HALLENSI
MECVM COMMUNICATA.

A. 1787. D. 2. IVN. Iuvenis generosissimus, ad studia litterarum prosequendum huc missus, mobilioris quidem, vegetae tamen ac fanae temperie, doloribus colicis vexatur cum eructatione et vomitu. Praescripta sunt digestiva rhabarbarina, quae compescere solent colicam flatulentam, spasmodicam. Febris nulla. Nullum omnino, quod periculi suspicionem moveret, symptoma.

Atonia intestinorum flatulenta inde a longo tempore laborat.

Adest igitur *proclivitas* quaedam ad colicam inferendam, cuius in praefentiarum *occasione* enatam referunt ex aselli arefacti usu.

A

D.

D. 3. IVN. Satius visum est patri meo, in auxilium adhibere artificem medicum, quicum medelae instituenda sermonem conferret. Nec recusavit operam suam Illustris atque Experientissimus BOEHMERVS noster, qui cum aegrum curatius examinasset, in patris aequa diagnosin ac medendi rationem facilem se dedit.

Vomitus aegri biliosus pituitae intermixtus. Colici adhuc dolores. Potionis Viennensis parvulas dationes exhibuere medici, clysmatibus interpositis. Frequens alvi ac flatuum secessus. Aliqua doloris remissio.

D. 4. IVN. Aeger in febriculam incidit. Vomitum interdum dysuria prosequitur. Continuantur clysmata, nec negliguntur, quae motibus spasticis febrilibus convenient, temperantia interna.

Febris, quae supervenit, mane remittit, verus vesperam intenditur. Vas vitreum, quo urina missa servatur, pelliculam fistit febrilem.

SEPTIMO DIE ad fundum matulae urinariae aliiquid critici apparuit; disparuit pellicula. Pulsus, dum febris adeat, ratione eadem, quam itescere et exacerbari dolores, modo durus ac tensus, modo celer ac mollis. Appetitus, ut solet in febribus, prostratus. Vires sibi constant. Aeger, victu tenui satis contentus, fastidit iuscula carnium. Ceterum nec capitisi dolorem, nec praecor.

cordiorum anxietatem sentit, nec reliqua experitur, quae sueta sunt febrium symptomata.

Hilaritas et alacritas animi naturalis ita luculentissime se efferre, ut plurimum morbus a vi sua declinare.

Potus ordinarius decoctum hordei et aqua simplex cum succo citri. Hactenus febrem, a medicis non nisi suavi et miti ratione ope enematum ac tinct. rhei tractatam, usque eo moderare contigit, ut cum urina subsidente dysuria mitesceret et ad nonum diem prorsus cessaret; reliqua etiam incommoda, potissimum vomitus, mitigarentur et somnus ac ciborum appetitus ad normam sanitatis redirent. Adhuc in lecto decubuit aeger grata sub perspiratione, nec quidquam aliud sumvit, quam iuscula per quam tenuia, quae minimum alimenti praebent.

DIE BVS V N D E C I M O A C D V O D E C I M O virium augmentum satis conspicuum. Nulla fere infimi ventris molestia. Urina naturalis. Aliquantisper de die e lecto esse aegrotus, et D V O D E C I M O D I E in hortulo, sedem habitationis adiacente, propter pulchram et calidam caeli serenitatem obambulare.

Abhinc quotidie scutellas duas coffeeae parum exaequuantis citra lac sumvit, et theam florrum chamomillae, quam in deliciis habebat.

A 2

Per-

Perrexerunt medici in usu enematum cum antispasmodicis, temperantibus, quibus vim stimuli elixirii visceralis balsamici adiecerunt, non omissa lenimentorum, mantilium calefactorum, ophitae modice calefacti applicatione; quod quidem auxiliū exteriū genus abdomen subinde inflatum ac duriusculum desiderabat. Clysmata ex emollientibus et oleo parata, quamvis frustula quaedam faeculenta eduxerint, plerumque fere protinus et impermixta deiecit aeger.

TREDECIMO DIE adeo insurgere vires, ut dum pulchra erat coeli serenitas, cupidus nostrum incesseret, in curru vehendi. Quae corporis agitatio, non recusata quidem a medicis, institui tamen haud potuit propter atrocissimos, in quos subito incidit, lumborum et ossis facri dolores ac recidivam in dorso horripilationem, quibus effectum est, ut lectulo de novo affigeretur. Dolore dein ad ventrem anteriorem vergente et per totum fere abdomen diffuso, non tantum enemata frequentius iteranda, sed etiam epigastrium ope unguenti anodynī embrocandum, et huic sacculum ex chamomillae floribus superimponendum suaferunt. Dolorum morsus aliquando acerrimus, ut sudor de fronte erumperet, frigidis extremis.

Deliria, convulsiones, alia peioris indolis symptomata aegrum morbo decurrente esse exper-
tum, medici haud meminerunt.

DIE

DIE DECIMO QVARTO febris ante meridiem nulla; hora XII. meridiana admodum valida. Dolores paulo leniores. Virium prostratio satis insignis; tamen ad latrinam iuxta lectulum collocatam movere se potuit, neque opus fuit excipulum cubanti submittere. Sudor calidus.

Pallor manuum cadaverosus, qui inopinato conspicuum se dedit, metum iniicere anicipitis mali eventus. Fottus ex lacte, floribus chamoillae, foeni ac lini femine, ad anum admissos, inanem ac laboriosam, qua vexabatur, desideri cupiditatem non parum levasse fatetur.

Post horam dimidiā cito pēde repetuntur medici. Aeger gravissimis convulsionibus detentus. Lingua paralyſi affecta.

Signa mortis instantis, qua non ita multo post obiit.

Aegrī.

Aegritudine sic recurrente, cuius ne ullum quidem symptoma exitum lethalem declaraverat, nihil antiquius esse potuit artifici medico, quam ut caussam fonticam, quae adeo repentinam cerebri nervorumque alterationem cum motibus convulsivis, linguae resolutione et morte apoplectica intulerat, adamussem inquireret palamque redderet. Eum in finem sectionis veniam contenderunt medici a viro, invenis generofissimi studiis moribusque olim praefecto; qui cum ipsorum admonitionibus locum reliquisset, die XVI. eiusdem mens. hor. mat. VI. rem ipsam aggressi sunt, cuius testimonium exhibet, quae sequitur,

SUPER SECTIONEM DEFVNCTI
RELATIO.

Cadaveris inspectio nihil fere, quod memorabile esset, obtulit praeter stigmata mortis in dorso conspicua. Reliquia corporis facies niveo colore gaudebat; abdomen duritatem quidem, at nullam præ se ferebat intumescientiam.

CAVO

CAVO ABDOMINIS APERTO

I^{mo} portio *omenti* superior naturalis deprehendebatur; circa medianam partem durior apparet ei⁹ substantia et versus inferiorem prorsus callosa. Cum facie peritonaei interna coalescere *omentum* et symphisi ossium pubis ac margini pelvis superiori tam arcte adhaerere, ut separari vix posset ope cultelli. *omentum* cum *peritonaeo* in unum corpus coailitum totam pelvis cavitatem investire septumque formare inter rectum et vesicam; fundo vesicae inter lamellam duplicitam capsula adhaerere membranacea, quae sponte disrupta pelvī liquore copioso, mensuras duas excedente, inundaverat. Liquor in vasculum immisitus, ex albo flavescens, parum habuit spissitudinis nec ita gravem molestumque odorem reddidit. Membrana, capsulam constituens, crassiuscula tamque firme constructa erat, ut quidem separationem a *peritonaeo*, quicum ope textus cellulosi satis stipati collaerebat, admireret, at super tabula expansa et impetu fortiore distracta, rupturam omnino recusaret.

II^{do} *intestina* fordibus vacua erant, at multo aere distensa. Inflammationis vestigium nullib⁹ deprehendi poterat, si ab ilei versus caecum vergente particula discedas, quorsum materia effusa delata erat, ad capacitatem

mo-

monetae borussicae, diobolum aequantis,
rubore suffusa

III^{to} color *mesenterii* ab omni parte naturalis.
Versus partem supremam glandulae mesenteriae
non nihil turgidae.

IV^{to} circa *ventriculum*, *bepar*, *lienem*, *pancreas*
nihil omnino, quod a conditione naturali
recederet. Dimidia *cypriidis* *felleae* pars bi-
le impleta. *Caro musculosa* vegeta ubique
ac laete rubra.

V^{to} nec quidquam praeter naturam se declaravit
in *vesicæ urinariae*, *intestini recti*, *re-*
nium, *glandularum renalium* et *diaphragma-*
tis examine. Ergo, quae non naturalia in
cavo abdominis inventa sunt, comprehen-
duntur

a) Structura omenti praeternaturali eius-
que cum peritoneo et reliquis partibus
coalitu.

b) Concretione intestinalorum, praeprimis
tenuium eorumque in unam quasi mas-
fam convolutione.

c) Materia peregrina, ex cystide rupta in
pelvis cavitatem effusa.

THO-

THORACE APERTO

Omnia fere naturalia cernebantur. *Pulmo dexter*, quae satis constans est huius visceris consuetudo, cum pleura non nihil coalitus. *Cor flacidum*. *Liquoris pericardii*, quae convenit copia. Circa *auriculas* et *ventriculos cordis* nihil, quod a statu secundum naturam deflechteret. *Valvulae ventriculi dextri* semilunares in callum mutatae. Carunculae tres carnosae, quae nisi magnitudinem aequabant, apicebus valvularum insidentes. *Vasa maiora* non ita multo sanguine repleta.

CALVARIAE APERTVRAM

Quam, qui rem domesticam moderabatur, omitti pervellet, nisi eam dissectionis scopus exigeret, ita minime desideratum iri arbitrati sunt medici, ut clarissime ex ventris infimi perlustratione causa mortis intelligi poterat simulque perspicere abstrusa conditio, qua obstante mentisque et oculorum aciem omnem fugiente nec effici nec institui potuit, ut ars medica ferret salutem.

SEC-

SECTIO PRIOR.

DE TUMORIBVS CYSTICIS IN GENERE.

IDEA TUMORIS CYSTICI.

*C*ystis, tumor cysticus vel saccatus, tunicatus, capsulatus, Balggeschwulst, Sackgeschwulst, dicitur tumor lensus, perennis, doloris expersus, ad tactum aequalis, plus minus durus et renitens, circumscripitus, plerumque mobilis, figura globosus, ovalis vel pyriformis, ab humore in folliculo proprio praeter naturam collecto oriundus.

II.

DISCRIMINA, QVAE RECEPIVNT TUMORES CYSTICI AD SE INVICEM RELATI.

Multiplici respectu tumores cystici ab auctoris distinguntur, et *primum* quidem respectu capsulae, vel integrae et undequaque clausae, vel perviae aut cum reliquo, e quo enata est, canale communionem quamdam servantis, in *veros* ac *spurios*. His accensentur anevrysmata verum,

rum, varix, marisca, varicoele; *illis* lupia,
hygroma, ganglion, ranula*). At illa recentio-
rum quorumdam divisio semper mihi visa est, ut
vere dicam, non satis apto ad genera morborum
constituenta fundamento inniti. Quanvis enim
plures enumerari possint rationes, propter quas
utile, opportunum ac necessarium sit, morbos
internos, externos, nomine discrepantes atque in
auctorum systematibus singulari titulo recenseri so-
litos, in fasciculos colligere et ad certa quaedam
genera reuocare; in eo tamen omnes consentiunt
systematum conditores, non in littera aut voce
aegritudinum similitudinem esse querendam, sed
illos demum status praeter naturales sub uno con-
ceptu stare, quos character aliquis essentialis, et
sine quo morbus esse nequit, familiariter affinitatis
nexu inter se iungit, etiamsi diuersas corporis par-
tes affligant variasque actiones offendant. Iure
enim ac merito monent, in ista malorum corpo-
ris secundum caussarum suarum communionem
dispositione et mutua eorum ad se invicem rela-
tione singulare illud *artificium* poni, quo *vitia*
quam plurima, etiam si specie externa eadem esse
baud videantur, tamen communi aliqua methodo
sanare valeamus.

III.

Quodsi conceptum illum genericum, qui cy-
clides veras ac spurias sub se comprehendit, ad

*) Ita CALLISENIUS Institut. Chir. hod. p. 149. quem
plures sequuntur.

legis (II) praescriptae accuratius examen vocaveris; praefatio equidem, essentiale, de quo dictum est, utriusque speciei characterem ideoque medendi methodum communem omnipo desideratum iri. Lupia, hygroma, ganglion, ranula curatione a se invicem vix recedunt, quae requirit

primum, ut tumor, mitiori chirurgiae, quae rarissime si umquam speratum praefat effectum, resolutioni, inquam, resistens, irritatione externa in inflammationem concitetur, natura adiutrice in suppurationem terminandam; ea vero ad debitam maturitatem progressa omnique fere cystidis materie in pus converfa, vel caustico vel ferro aperiatur tumor, apertura ultra illius ambitum protrahatur et quod sic non auferatur, aut ferro, aut acri digestivo defruatur, ne cystis reheat ulcere consolidato.

dein ut tumor tunicatus neque resolubilis neque in suppurationem vertendus, ob molestiam vero, deformitatem periculumve non amplius tolerandus, ferro una et semel excindatur, nisi radices nimis largas aut profundas habeat vel vasis nervisve maioribus adhaereat, vel aetas aut aegri vires medelam respuant.

En regulas, quae omnibus fere tumoribus cysticis, vere sic dictis, accommodari possunt. Iam si respectum habueris anevrysmatis veri, varicis, marilcae, varicoceles, et methodum iis me-

medendi ad illarum medelam comparaveris; an existimaveris, quaeſo, cystidis, quam tumores qui-dam ſanguinei referrunt, ſimulationem ſatis bonum exhibere characterem, quo duo morborum genera contineantur, quae ut materia contenta ac ſede, ita et quod facile gravifimum hac in re eſt, ipſa curatione adeo longo a ſe intervallo recedunt, ut ipſe **CALLISENIUS**, qui ea ad unam ideam revocavit, verum tamen anevryſma ſatiuſ putaverit ad reliqua duci anevryſmata a ſoluto continuo oriunda, quibuscum diagnosti et therapia plu-rimum conveniat^{*)}. Quamuis enim tumores ſanguinei non raro inciſionem requirant, extirpa-tionem admittant; in eo ſaltim a tumoribus cy-sticis differunt, quod facta tumoris inciſione et ſanguinis stagnantis eductione vulnus tamquam ulcus ſimplex deligare ſufficiat, cum cystidis ve-rae inciſiae ſanationem citra capsulae evacuatae deſtruptionem omnino obtinere non poſſis.

IV.

Miffa igitur et, ut olim **PLENKIO** pla-cuit^{**) Neues Lehrgebäude von Geschwülſten. Dresd. u. Leipzig. 1769. p. 8.}), ad tumores ſanguineos remiſſa cystidum ſpuriarum conſideratione, in iis modo acquieſcimus, quae vere ſunt cystides, non apparenter; puto equidem tumores, quorum materia de cru-do aut partim putrefientis pituitae, ut vetereſ

^{*)} I. c. p. 155.

^{**) Neues Lehrgebäude von Geschwülſten. Dresd. u. Leipzig.}

1769. p. 8.

loqui amabant, 'lentore folliculis' aut propriae membranae involuero coarctatur et coalescit. Cum materiae, qua eorum folliculi infarcintur, varia natura est ac consistentia; tum ab his diversae Graecorum denominationes repetuntur *).

I. Cystis materiam *spissam solidescensem* includit. Id genus tumorum resistentia, si dígito prematur, multum discrepat.

A. MELICERIS, cui succus inest, melis consistentiam affectans - Honigewachs.

Tumor subrotundus, fluctuans, dígito facile cedit, at pressione cessante protinus reddit. Mollior quidem atheromate, at etiam celerius increcens. Tumor cuti non semper concolor, subinde flavescentia. Pro fede agnoscit glandulam subcutaneam. Capsula tenerior, quam illa atheromatis. Materia muco oleoso subflavo similis, minus grumoſa, quam quae atheromate continetur.

Astruc

* GALENVS negavit, tumores cysticos perpetuo esse capsulatos. Si non fuerint capsulati, huc ne duxeris. Meliceridis et atheromatis eam esse perpetuam conditionem; modo in stenome inveterato subinde a fuera lege recessum notari, omnis aevi experientia docuit.

Alfric Abhandlung von Geschwüsten.

B. A T H E R O M A , cui inest concremen-
tum pultaceum, grumosum, ab $\alpha\theta\eta\kappa$
dictum — Breigeschwulst, Grütze-
schwulst.

Tumor digito magis resistit nec pressus
ullam cavitatem relinquit. Lente incre-
cit. Cuti concolor, aequalis ad tactum.
Residet in textu cellulofo. Vides, qui dif-
ferat a scirro aspero, duriore, in aequali.

C. S T E A T O M A , cui inest steati i. e. se-
vo vel adipi similis succus — Speckge-
schwulst.

Si adhuc recens, satis molle existit; si
vero diutius pridem duraverit ac valde
increverit, difficiliter digito cedit. Suc-
cus in eo contentus subinde cartilagi-
neam, immo naturam osseam refert.
Interdum materiae contentae alia partio
lardi, alia similitudinem aliam affectat;
hinc varia diagnosis. Notari etiam me-
retur, steatomata interdum, si subsi-
stens scilicet humor pinguis mediocriter
duntaxat coagulatus, ex una panniculi
cellula in alteram praesertim sub paulo
fortiore aut repetita pressione propelli-
tur, locum mutare.

HALLER diff. chir. Vol. V. diff. 148.
Li-

Liquet, difficillime a se invicem dignosci diversas has species, nisi tumoris situs, volumen et consistentia, tactu explorata, probabilem vel certam reddant conjecturam, et multo etiam difficius *species*, quas dicam, *intermixtas*.

a. OSTEOSTEATOMA s. steatoma concretum simul offescens continens - Knochen; und speckartige Geschwulst.

Media tumoris pars duritatem lapideam nacta est, quae non raro incisione demum cognoscitur.

Bresl. Samml. 1722. p. 319.

Succum offescentem in eiusmodi tumore apprehendit SCHEVCHZER: TITTMANN d. de osteostatomatis cas. rar. 1757. Tumor partim steatomatosum, partim cartilagineum et osseum vidit HVNDERTMARK: HALLER opusc. pathol. O. 6. Interdum exostosis tumorem vel comitatur vel sequitur: KVLMVS d. de exostosi steatomate claviculae. 1732.

b. TUMOR EX AATHEROMATE ET STEATOMATE MIXTVS, qualem b. PLATNERVS vidit, qui scapulae et omni fere dorso insideret: Einleitung in die Chirurgie, Leipz. 1770. p. m. 572. 573.

C. A T H E R O M A P I L I S R E M I X T U M.

Concrementum ventriculi pilosum occurrit
ad. F R A R V Y S C H I V M advers. anat. chir.

Dec. III. p. 1. ovarii ap. P O L Y C. G O T T L.
S C H A C H E R V M (descript. Lipf. 1735.)

N. De corporibus peregrinis in tumoribus
faccatis nonnumquam obviis vid. P A R E I opp.
Par. 1382. fol. p. 216. seq. Ad haec tamen notandum
1) quae delirum olim vulgus, philosophiae
imperitum, praestigijs daemorum aut beneficiis
anus accidere, in animum sibi induxit, ea esse
diurnae ex stasi alterationis sequelas; qua villi
carnis tabefactae in rhombos conglomrantur, ca-
pillis in glomum complicatis ac setis porcorum af-
similantur, pituita siccata lapidescit, ramentis os-
sum et fistulum testis simillima evadit. G A L E-
N V S quoque haec et plura alia ostentis simillima
ex atra bile et pituita subnasci his verbis testatur:
bumores ubi in abscessibus perduraverint, plures habent alterationes. Nam et lapidibus et
arenis et testis et lignis atque carbonibus et limo,
forditiis, feci et stipulae et amurcae et multis
atris in abscessibus similia inveniuntur corpora;
2) phantasiam et superstitionem antiquioris aevi
non pauca sibi finxisse objecta, sensuum curatio-
ri examine vix et ne vix quidem confirmanda.
Meo quidem iudicio ex eo fonte plura portentis
simillima auctorum exempla repetere possis, v.
c. id, quod F E R N E L I V S meus commemorat
de mirabili atheromate, cum immani cruciatu-

B con-

conuncto, in femore PETRI SIDONIAE,
Hispanorum capitanei in Indiae occidentalis Pro-
vincia Chatulco, *in quo deprebendebantur minutis
pisticuli**). Scilicet!

II. Cystis materiam *a spissa, solidescente plus*
minus recedente includit. Huc pertinet

A. HYGROMA, cystis solitaria, conglom-
erata, a lymphâ sincera in telae adiposae
cellula, ut videatur, effusa, congesta. A
speciebus n. I. comprehensum differt mol-
litie aequa ac minore mole; ab hydatide
magnitudine; a tumore lymphatico pro-
pria, qua gaudet, membrana

B. OERHAV. prael. in prop., Inst. §. 7 II.
BLASIVS Obs. I. §. 5.

a. simplex. b. ualv referens, conglom-
eratum ex vesiculis lymphâ turgidis,
quale circa os hyoides MORGANI
vidit: de sed. et causs. morb. Ep. L.
P. 233.

B. GANGLION, tumor globosus, reni-
tens, in cellulosa tendinum pressioni ex-
ternae magis obnoxiorum vagina situs,

* Vniv. Medic. p. m. 631. Author laudat librum: Spie-
gel der Spaensche Tyrannide. p. 332,

AE,
Pro-
inut*i*

plus
net.

nglo-
polae

A
mol-
atide
pro-

7 II.

glo-
dis,
NI
L.

eni-
ex-
tus,
ma-
spes

materiam continens albuminosae similem.
Haud aegre dignoscitur.

Eller's phys. chym. medic. Abhandl.
P. 76.

III. Materia, cystide inclusa, modo ad
hanc modo ad illam accedit consistentiam,
numeris antecedentibus determinata. Huc referas

RANVLAM, quae dicitur tumor fac-
catus, sub lingua situs, vel in obstruc-
to et dilatato ductu salivali, vel in cel-
lulosa tela exortus, materiam modo
purulentam, modo lymphaticam, modo
pultaceam, modo terrestrem continens,
facillime dignoscendus. Dubito tamen,
an plura ranularum exempla, ab auto-
ritibus memorata, iustum sub cystidis
titulo locum inveniant? *)

B 2

N.

*) IVON, IOANN. STAHL et F. I. ERBENI DE
SCHOENEREN de ranula sub lingua speciali cum
casu Erford. 1734. in Saller's Beitrag z. Geserd.
d. Gesch. u. Heil. der Krankh. v. Tiel. 4 B. p. 557.
558. Ist das Geböschlein, wie es sehr oft der Fall ist,
in einer besondern Haut eingeschlossen; so muß es nicht
blos geöffnet, sondern diese Haut auch weggenommen
werden; sonst kommt es, besonders wenn es honigartig
ist, sehr bald wieder. Daher wundere ich mich, daß
in

N. 1) Miror eqnidem, PLENKIVM hoc du-
cere *lipoma*, s. tumorem solitarium, mollem, in-
dolentem, immobilem, planum, ab aucta pingue-
dine, capsula, ut ipse satetur, omnino destitu-
tum*). Nec iure maiori tumoribus tunicatis an-

in andern Beobachtungen (A. N. C. c. 144. Dec. I. a.
IX. et X. Misc. Phys. Med. Erford. a. 1727. m. Apr.
cl. IV. art. 5. §. IV.) keine Erwehuung von der Ver-
teilung jener Haut geschieht. Auch in unserm Falle wur-
de nichts anders, als die vom Rosenhonig beigemischte
wenige aegyptische Salbe, die zu dem erforderlichen
Wegahen nicht hinlanglich scheint, angewandt. Viel-
leicht aber finden sich auch bei solchen steinhaltigen Ge-
schwulsten keine besondern Hullen; welches mehrere
Beobachtungen erst entscheiden moesten." — — Cum
his eximie consentiunt, quae suo iam tempore monuit
TVLPIVS Obs. med. p. 95. 97. „Ranula sub lingua
ex crescens peperit iueni gallo tantum negotii, ut vix
potuerit eloqui, nedum deglutire, vel spiritum com-
mode ducere. Cuius angustiae ergo decreverat chir-
urgus scalpello elicere pituitam illic conclusam; sed
induruerat iam firmus, quam ut inde effluxisset. Ac
proinde mutata sententia consumit eamdem deinceps
ferramento candente; impediendo simul, ne identidem
reverteretur. At vero, si mollis ac sequax sit ranulae
materia, quod facile attactu dignoscitur, noli de exu-
stione cogitare; sed excide duntaxat summam ipsius
tunicam; et effluer sponte vel exprimetur, faltim digi-
to lympida ac vilcida quaedam pituita, simillima albo
ovi, recens, ex extracta, testa exidenti.“

*). l. c. p. 137.

numeraveris fungum articulorum, qui est tumor articularis, genu maxime infestans, latus, perennis, diffusus, pallens, ad tactum fungorum in modum inaequabilis, plerunque elasticus, nulla pressione mutabilis, indiciorum materiae fluctuantis expers, motum *cum dolore* laedens, cuius principium ligamentorum articulorum, capsulae et membranarum adjacentium peculiaris resolutio, ab ipsis telae cellulosa interstratae et intime contextae alteratione oriunda, unde denarum harum partium turgescencia laxa et in fungosam quasi substantiam degeneratio. Id genus tumorum mihi quidem convenientius videtur cum CALLISENIO ad excrescentias simplices relegare. 2) Pro partium, quas occupant, diversitate et varia, quam prae se ferunt, similitudinis specie peculiari voce insigniri solent species antea memoratae. Sic meliceris, capillito maxime infesta, *tafidinus*, *talpae*, *talpariae*, *topinariae* nomine venit — Hauptmaulwurf, blinde Kopfgeschwulst, Speckbeule am Kopf. Cystici neonatorum tumores *naevi materni* audiunt; utpote qui maximam partem ad cystides pertinent. Huius loci sunt *bordelum*, *bordicum*, *critbe* — Gerstenkorn; *ebalazia*, *ebalazeon*, *ebalazofis*, *grando* — Hagelgeschwulst, Hagelkorn — *pladerosis*, *pladurotes* — Speckbeule an den Augenliedern et plures aliae, quae ad differentiam specificam facile remittuntur, variantates.

REICHEL et BAERSCH d. de tumoribus tunicatis capitis post cephalalgiam exortis. 1765.

V.

MODVS, QVO TUMORES YSTICI
GENERANTVR.

Clarum est ex antecedentibus, tumorem cysticum sedem habere posse 1) in qualibet glandula conglobata, potissimum subcutanea 2) in singula quadam textus adiposi cellula 3) in ductu quodam excretorio. *Principium* est congestio et accumulatio humoris contenti glandularis in glandulae vel membranae adiposae cellula, diversimode commixti, mutati et depravati, unde receptaculum dilatatur, ad loca contigua apprimitur, atque in cystidem, multas saepe lineas crassam*, neque infrequenter cartilaginis aenulam transit. Cum enim membranae densissimae in telam cellulosa laxari, tum textus cellulosi in membranis densissimas stipari possunt. Cystides nempe medio in celluloso subcutaneo spatio nascuntur; in eius cellula una pluribusve oleum incipit stagnare, tenuerrima tantum eius cavernulae membrana coeritum. Eiusmodi distenta cellula, dum oleum recipit neque reddit, paulatim vicinas areolas comprimit, et deleto per ipsam pressionem oleo, quod inter laminas cellulosas medium coalitum impedit, efficit, ut eiusmodi laminae et perpetuo quidem plures inter se invicem conserueant.

Cum-

*) CYPRIAN. in ep. de fetu tubario p. 57. Saccus in hydrocele saepe ad duas tertias pollicis crassus est: DOUGLAS de hydrocele p. 83. (HALLER el. Phys. T. L. p. 21. (u)).

Cumque cellulosae imperium multo latius patere sit cognitum quin anatomae olim ignari intellexerunt, et experimentis monstratum, omnes fere corporis solidas partes meram esse cellulosam telam strictrius congestam et arctius intricatam, certe membranas absque exceptione omnes, vasorum ceu membranas cavas, viscerum parenchymata, ligamenta, forte et tendines et cartilagini et ossium magnam partem cellulosam telam aut esse aut aliquando suisse, non difficile intelligitur, tumores tunicatos in interioribus corporis partibus similiter, quam in externis generari posse. Quoniam vero lenti sunt hi abscessus ac sensim multo tempore gigantur, ex nervorum assuescendi lege nullo aut obscuro dolore exercent, nisi cum forte acrius suppurrant.

VI.

**CAVSSAE,
QVAE CYSTIDVM GENERATIONI FAVENT.**

Constat igitur, ea omnia, quae statim diuturnam et inspissationem olei adipis in quadam corporis parte inducere valeant, caussis cystidum remotioribus esse annumeranda. Et eas quidem satis commodè in *externas, internas*, dispescimus.

Ad *externas*, quae parum frequentius malum topicum creant, laesio quaecumque pertinet, receptaculis memoratis pressione, ictu aliove modo illata. *Internae* sunt

1)

- 1) materia venerea, scrophulosa, et quae ut plurimum in culpa videtur, arthritica. Cystidum, quae a causa interna universaliter originem trahunt, plures simul hic et illic in conspectum veniunt, et quae enucleantur, iis facile novae succrescunt.
- 2) scabies, tinea capitis, alia exanthematum atque exulcerationum genera, sponte evanida vel usi repellentium praepostero tractata.
- 3) materiae morbifcae, a sanguine separatae, critica in textum cellulofum depositio. Sic cysticos varios tumores inter metaftas febrium malignarum refert VOGELIUS*, et explicari hinc potest, cum aegrotantium subinde post cystidum generationem omnia sint meliora, quam ante? cur cystidum extirpationi subinde ea fere superveniant symptomata, quae ulcerum chronicorum consolidatio et retrogressio exanthematum perdiffusas habent? Cum enim in reliquis visceribus corpus aliquando saluberrimum videtur; tum coniectura non improbabili evin citur, naturam ad eas partes universi corporis recrementa transmittere et sic ipsum expurgare, ut in reliquis maximeque natura libus visceribus sanitatem tueatur.
- 4) nutritionis cellulofae augmentum; vapor gelatinosus circa fibram cellulofam coactus,

*) De cogn. et cur. praecep. c. h. affect p. 26.



aut ea regio crassa et caeca evadat, non tamen continuo dura, quae est scirrhi conditio. Membranas eiusmodi morbosas vidit HALLERVS in ventriculo, intestinis, liene, cellulosa tela pleurae, pulmone, cuius aliqua portio impneabilis sit et in aqua fundum petit. Duritate addita, id malum in scirrum et cartilaginem, et calcariis demum partibus commixtis in osseam degeneracionem abit *). Ex uno eodemque principio et scrophulae et cystides et strumae nascuntur, ut potius inter has aegritudines, quam inter tumores tunicatos et sanguineos, affinitatem naturalem intercedere videoas.

N. Moverunt quaestionem, an hereditaria dispositio cystidum generationi faveret? Nec video, quid impediat, quo minus huic sententiae accedam. Cum enim totam subinde stirpem tumoribus tunicatis detentam legimus; tum id genus tumorum morbi arthritici, venerei, scrophulosis fobolem esse compertum est, eosque morbos a parentibus in infantes transire, hinc raro perfecte et prorsus auferri, quis est de sana mente adeo deiectus, qui negare ausit?

VII.

NOXA, EX TUMORIBVS CYSTICIS CORPORI ILLATA.

Cystides minores, parum increscentes et moliores, omni periculo carent facileque per totam

*) HALLER El. phys. T. VIII. P. 2. p. 73.

tam vitam tolerantur, maxime si nullius partis adiacentis functionem laedant. Vbi vero grandiores et ponderosae fiunt, non solum deformitatem haud occultandam, sed varias quoque molestias creant, aliisque partibus *tum* mole sua compimento *tum* nutrimenti detractione gravem noxam et corporis consumptionem et ipsam mortem infestant.

VIII.

**MVTATIONES, QVAS SVBEVNT SIBI
RELICTI.**

A principio constanter mobile est id genus tumorum, mansurum etiam, si omnem omnino pressionem inde arceret. In diem immobiles evadunt et cuti et partibus subiacentibus inhaerent cystides, nec raro inter musculos et tendines proserpunt, ut pars posterior in ferrulas plures ac folliculos abeat. Admodum raro inflammatur. Caussae inflammationis externae sunt, internae. Post aliquod tempus aut desinit inflammatio aut abscedit. Si prius, molem et immobilitatem tumoris plerumque auget inflammatio; si posterius, cystis vel absuntur ope suppurationis, vel remanet et clauditur ac denuo impletur, vel reclusa manet et fistulam aut ulcus aegre sanandum relinquit.

IX.

IX.**NOTITIA LITTERARIA.**

Nimis longe a proposito meo aberrarem, si prolixius differerem de prognosi mali ac medela. Analecta tantum et potiora illa argumenta mihi in animo fuit exponere, quibus epicrisis morbi, cuius in limine historia extat, superstruerem; et huic scopo sufficere arbitratus sum, quae hactenus proposui. At sunt forte, qui in campum ampliorem excurrere malint, quam mecum inter limites angustiores se continere, et in horum potissimum gratiam non omne operae pretium me perditurum putavi, si fontium notitiam adicerem, unde doctrinam tumorum cysticorum consummatissimam depromerent, quibus depromere placet.

Praeter auctores passim citatos ex antiquitate spectant **AETIIS** in L. XV. **GALEN** L. de tumor. c. V.

MATTH. GODOFR. PVRMANN chirurg.
Lorbeer - Kranz cet.

I. B. VERDVC traité des operations cet. part.
I. c. 16.

I. HADRIAN SLEVOGT de tumoribus tunicatis. Ien. 1719. 4.

VAN SWIETEN comment. T. I. §. 75. et 112.

I. CHR. POHL de tumoribus cysticis feliciter maleque curatis. Lips. 1737.

E A V R.

LAVR. HEISTER de tumoribns cysticis singularibus. Helmst. 1744. 4. in HALLERI selectis

CHR. GOTTL. LUDWIG monita de excindendis tumoribus cysticis. Lipf. 1758. 4.

CHR. GOTTL. WEBER (vulgo, at perpetram MAVCHART) d. de palpebrarum tumoribus cysticis etc. Tubing. 1750. in HALLER. coll. diff. chir. T. I. n. 15. p. 291. sq.

Beiz Vollst. Aussz. B. 4. S. 681. f.

SECTIO POSTERIOR.

PRIORVM AD EPICRISIN MORBI ACCOMMODATIO.

X.

Quae cum praefatus sim, compono me ad potiorem instituti mei rationem, quae in casus supra memorati pathologia versatur. Duo praepri-
mis

mis, quae maximam sibi cattentionem vindicant,
ex relatione super defuncti sectionem in memo-
riam revoco :

primum intestinorum atque omenti singula-
rem coalitum ac complicationem, quod vitium
structurae multifariae imi ventris affectioni spasticae
ac dolorificae feminum videtur parasse. Plura
vitiosae adhaesione viscerum exempla occurunt,
quaes collectas deprehenduntur apud HALLERVM*),
ex inspissato humore, qui de superficie viscerum et
peritonaei exhalat ac viscerum mobilitatem ex lege
sanitatis tuetur. Ita *ventriculus* diaphragmati ad-
haesit, hepatis, pancreati, lieni, mesocolo, intestinis,
epigastrio aut peritoneo; *hepar* hypochondrio et
peritoneo, diaphragmati, intestinis, duodeno,
lieni, omento, panicreati, ventriculo; *intestina*
coauere cum peritoneo**), inter se mutuo***),
cum

*) El. phys. T. VI. p. 345. 346.

**) Phil. Trans. n. 333. Iourn. de medec. T. II. n. 5. E.
N. C. Vol. VI c. 134. SCHENK exerc. p. 256. In
hydropo MOEBIUS. In marasmo HILD. cent. IV.
o. 40. et in longo morbo HEVERMANN IV. p. 37.
Ad coftas purias BAGLIV. fibr. motr. p. 313. MOY-
LE mem. Paris ope lourn. de medec. Consumto
omento SAVIARD c. 69.

***) Act. Mar. Balth. a. 1699. p. 16. K. Swensk. Wetensk.
Acad. Handl. 1752. Trim. I. In hydropica Phil.
Trans. Vol. L. P. II. STORKE ann. I. p. 152. 153.

cum omento*), ovario, utero. *Duodenum* connexum vesiculae felleae et reni, *intestinum* scroto. Appendicula *cacci* intestini ad musculos abdominis. *Colon* ad uterum, renem, vesiculam fellis adhaesit. *Rectum* intestinum ad uterum. *Omentum* ad peritoneum**), latera pelvis***), intestina****), colon, uterum. *Vesicula fellea* ad peritoneum. *Lien* convexus cum peritoneo, rene, diaphragmate; demum viscera abdominis omnia inter se connata. Et, ut paucis dicam, adhaesio-

nes
HAEN rat. med. T. VII. p. 121. Per hydatides BON-
TIVS L. III. c. 7. omento consumto DAMIAN SI-
NOR. p. 28. villis connatis. MORG. Sed. causs. II.
p. 140. per externam tunicam, qui addit frequenter
fieri. E N. C. Vol. VIII. c. 10. HEVERMANN l. c.
CITESIVS in col. pict. p. 232. Cartilaginea pene
substantia coniuncta MORG. II. p. 132. Puris ope N.
A. N. C. T. II. n. 93.

*) ROEDERER progr. E. N. C. l. c. Vol. VI. VIII.
SANTORIN.

**) RVYSCH obs. chir. 18. 63. CRELL. nex. visc. in-
fol. p. 18. CHESELD. p. 150. mem. de 1707. p. 40.
COLVMBVS p. 265. Brs. Samml. 1726. m. mai.
HAEN T. VI. p. 79, 80. LA METTRIE p. 263.
LE DRAN c. 64. post inflammationem. Totum in
tabido BARTHOLETT. respicit. p. 290.

***) CRELL ibid.

****) ROEDERER progr. p. 4. E. N. C. Vol. VI. o. 65.
134. LE DRAN ib.

con-
rotto.
omi-
sellis
men-
tesfr
peri-
ene,
nnia
eflo-
nes
ON.
SI.
C. II.
enter
l. c.
pene
e N.
VIII.
in.
40.
mai.
263.
in
65.

nes istae vitiosae viscera abdominis adeo frequenter aut sibi invicem aut peritonaeo connectunt, ut vix in longo morbo abdomen incidatur, quin eiusmodi vincula subsint; quisnam vero existimaverit, adeo praeter naturalem omenti atque intestinorum structuram, quam lectione defuncti nostri monstravit, inter morbi decurrentis tempora, neque iam pridem suisse productam et tamquam aegritudinem simplicem latuisse in corpore?

Secundo tumorem capsulatum in pelvi reconditum, quod vitii genuis, priori additum, statum epigastrii valetudinarium non parum augere oportuit. Tumorem capsulatum in ipso morbi decursu, hoc est dicere, intra quatuordecim dies generatum suisse, de eo tum insigne capsulae robur dubitate me finit, tum absentia inflammationis internae phaenomenon. Febrem, cui aeger occubuit, gastricae biliosae, non inflammatoriae indolem retulisse, ex morbi historia satis, puto, clare eluescit; at etiam sectione nulla patuere inflammationis internae vestigia, nisi ingenio ludere et ilei particulam tantillum subrubicundam huc ducere velis. Quae cum ita sint, a veritatis tramite minime mihi recedere videar, si statuam: notabilem illum casum similitudinem aliquam habere cum vomica pulmonum, quae si forte rumpitur in febribus, non raro eventum lethalem reddit, quem faustum exspectaveris ex morbi ingenio. At haec digna mihi videtur analogia, quam perspicue ac dilucide expediam.

XI.

Membranas, quae thoracem investiunt ac dividunt, non minus quam ipsos pulmones inflammationi frequenter obnoxios esse, omnes non nesciunt artis periti. Si igitur sanguis iusto parcus vel non satis mature missus est, aut si nimia eius copia detracta, vires sic fractae sunt, ut excretiones criticae non rite succedant, aut si errores in victus ratione commissi vel perversa curatio excretiones illas turbarunt; tum vasa, quae in inflammatione fuerint, tonum haud recuperant, citra quem benigna inflammationis resolutio nulla, et humores, qui in telam cellulofam exsudarunt, ibi accumulati subsistunt ac lamellas solidas dissolutas cito in pus convertunt. Hoc pus alias per telam cellulofam pulmonum diffunditur, nonnumquam per summam eorum partem exsudans, in vacuo thoracis spatio accumulatur libereque per id discurrit; interdum in cavo quodam inter pleuram et musculos intercostales colligitur; *interdum in ipsis pulmonibus cystin, qua concludatur, format.* Huius generis abscessus *VOMICA* nominatur, quae interdum satis diu latet, donec rumpitur. Et si quando contingit, ut trunci vasorum pulmonalium leviter tantum comprimantur et tunicae contextus paulo firmior sit, abscessus isti parum molestiae exhibent, nec nisi exigua febrem hecticam concitant. Pure enim exiguo aut nullo reforpto, exigua quoque aut nulla febris hectica enascitur. At si vomica rumpitur, neque sic rumpitur, ut in arteriae asperae ramos gradatim

ac

ac pedetentim materia purulenta evacuetur et per
puta reiiciatur, aeger vel suffocatur, vel pure a
vatis absorbentibus recepto et in humorum per
vafa circumaeuntium universitatem delato, febre
corripitur, quae suos sudores movet tandemque
perniciem affert.

XII.

Exemplum nostrum illud vomicae egregie
illustrare, etiam me non diceente intelligis. Tu-
mor pelvis capsulatus simile agnoscit principium
cum cystidum genere, (V) quod e stasi hu-
morum in primis lymphaticorum in folliculo quo-
dam aut substantia cellulosa enascitur, qua perdu-
rante tunica in diem increscit ac firmior evadit, et
faepe tam diu latet, donec aucta humorum conge-
stione et accidente irritatione in rupturam conci-
tetur. Causa remotor, quae in casu obvio cy-
stidis generationi ansam dedit, determinari qui-
dem certo non potest; videtur tamen a violentia
olim admissa externa non sine veri specie repeti
posse idque potissimum ob sanam ceterum corpo-
ris constitutionem, sectione compertam. Capu-
lae rupturam non prius, quam brevi et quod ve-
ro est admodum simile, biduo ante mortem factam
esse, non pauca sunt, quae suadeant, argumen-
ta. Nam si multo prius facta esset ruptura, hu-
mor collectus et a vinculis suis liberatus non tan-
tum fluctuationem, sed acrimoniam ac pu-
tredinem conceperet, omento et tubo intestinali
inimicam ac viscera in vicinitate sita inflammam-
tem, forteque, si fieri potuisset, humor effusus

C

fibi

fibi exitum parasset non citra gravissima ac periculissima incommoda. De quibus omnibus cum et historia morbi et sectionis relatio conticescant; tumoris, quae improviso accidit, ruptura vera mortis causa habenda est; sic ut permultis repente vomica rumpitur, neque pauci sic inopinato inter horae quadrantem e vivis rapiuntur.

XIII.

Si quispiam de caussis, quibus capsula tumoris ad rupturam determinata est, quaestionem instituerit; moneo equidem, ut bene sit memor de motibus systematis circulatorii inordinatis febribus, de intellectu doloribus colicis spasmatico-flatalentis, denique de iteratis vomendi conatibus, quibus aegrum a principio morbi detentum experti sumus. Quemadmodum enim vomicam pulmonum per cachinnum, nisum corporis vehementiorem et alia huius generis rumpi legimus*); ita spasmos praecipue ventris vim aliquam habuisse in capsulam tumoris eo potissimum in loco, qui postea rupturam fusiuit, ita minime dubitari potest, ut frequentissime ex occasione simili, corporis agitatione, et nuper etiam, quod notari meretur, ultimo ante decubitum die ex equitatione gravissimos dolores colicos perpetuus est aeger. Capsulae vero integratatem in loco lente attenuato ac mollescente semel et una vice solutam esse, id quidem probabile reddit humoris efflu-

*) IO. ADR. SLEVOGT d. vomicae pulmonum et vicinarum glandularum laeta et tristia exempla. Ien. 1708.

effusi indoles, utpote quae vestigia corruptionis nulla exhibuit et adstantium odorem vix et ne vix quidem offendit, ut solet quidem in inflammatione et sphacelo extinctis. Ex quo merito arguas, humorem non ita pridem ante obitum ex tunica, qua concludebatur, effluxisse.

XIV.

Constat etiam, tumorem tunicatum, in ca-
vo pelvis tam alte reconditum vesicam inter et
rectum, qui nullum sui indicium praebuit praeter
mingendi difficultatem a pressione fundi vesicae
criundam, vel sagacissimo infimi ventris examine,
vita durante, minime omnium explorari potuisse.
Inde aegritudini, de qua agitur, nova vomicae
pulmonum similitudo accedit, utpote quae diu
latere potest sine febre, sine phlegmone et sine
tussi sive velut improviso in pulmone efforma-
tur, neque prius saepe se prodit, quam ipsum ho-
minem internecioni det.

XV.

Rebus his circumstantibus, quibus adiicias
admodum sensile et irritabile nervorum genus,
non adeo difficile erit enucleare rationem, qua
factum est, ut capsula rupta et humore contento
egresso, fanguis propter impeditum per vasra ab-
dominalia iter aucto impetu versus encephalon
congestus, convulsiones gravissimas et apoplexiam
lethalem inferret, non tantum voce subito deficien-
te, sed etiam collo sub luctamine mortis intumes-

cente notatam. Neque latere hunc potest, malum istud topicum, etiam si per aliquot adhuc annos siluisse, denique teterrimae indolis pathemata interna, externa, creaturum et vel acuta tumoris inflammatione, vel lenta ex resorpto humore corporis consumtione vel deleteria vesicae atque intestini recti erosione aegrum interemturmus fuisse.

XVI.

Doleo, me nimis angustis temporis limitibus esse circumscriptum, quam ut historiam medicam mirabilem adire possim et comparare ad exemplum nostrum, quae similem propemodum rerum faciem exhibuere, observata. Neque tamen temperare mihi possum, quin mentionem iniiciam hoc loco *stomatatis mesenterii*, quod apud *TULPIVM* legitur*) et *SCHENCKII* observationum, quarum altera titulum gerit: **)

Strumae in mesenterio circiter septuaginta, practer glandulas et tumores externae intestinorum tunicae adhaerentes, animadversae: quarum aliquae ad ovi magnitudinem excrescent, gypseam, glutinosam et liquidam materiam membranulis conclusam continentur, altera inscribuntur: Mesenterium prodigiose turges, pondere librarium decem scirbosum omnino cum infinitis abscessibus, suis singulis tuniculis conclusis, oleosis, melleis, sebaceis, albugineis aliisque humoribus refertis.

*) I. c. p. 146. 147.

**) Observat. med. rar. p. m. 404.

ERRATUM p. 13. l. 1. illarum l. illorum.


halles, Diss., 1788-91



Sb.

vDn78

Farbkarte #13



B.I.G.

SPECIMEN IN AVGVRALE
MEDICVM
TVMORIS TVNICATI
INTERNI
EXEMPLVM QVODDAM
MEMORABILE REFERENS

CONSENSV GRATIOSI ORDINIS
MEDICI
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA
PRAESIDÈ
D. PHIL. ADOLPHO BOEHMERO

POTENTISSIMO BORVSSORVM REGI
A CONSILIIS INTIMIS
FACVLTATIS MEDICAЕ SENIORE ET H. T. DECANO

PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQUE
IN ARTE MEDICA HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS RITE CAPESSENDIS

A. D. XI. IVNII CCLXXXVIII
PVLICE DEFENDET
JOANNES CHRISTIANVS GEORGIVS
THEVNE
HALLENSIS.

HALLAЕ,
LITTERIS I. C. HENDELII.

